



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

251 Rei corporalis cum incorporali permutatio, veluti fundicum seruitute.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

sæpius est monitum ex c. ult. de rer. permut. Quamobrem fundus cum domo vel re qualibet alia rectè permutabitur, & quidem cum iure simul incorporali, nimirum seruitutis allicuius, vt exempli causa, suppeditandorum alimentorum. Vnde sequitur vt si quis fundum suum ex causa permutacionis monasterio cuiuspiam dederit vt vicissim quamdiu vixerit alatur à monasterio, iusta censeatur hæc permutatio fundi cum alimentis; adeò vt etiãsi fundus ille monasterio postea vel chasmate vel aliter perierit absque culpa huius permutantis & citra ius euictionis, alimenta nihilominus debeantur; cum fundus fuerit iam monasterij proprius, ipsique soli non autem huic alimentario perierit, vt optimè Cynus adnotauit ad l. 2. C. de iur. emphyt. & ex eo Siluester Prieras in sua Summa verb. *Permutatio in genere.*

quæst. 4. Quid igitur de permutacione hospitalis cum iure patronatus, vel alterius iuris allicuius Ecclesiastici cum altero iure Ecclesiastico diuersi generis opinabimur, valebitne permutatio? Sic videtur, ex iure iam nunc explicato. Cur igitur, inquis, non æquè beneficium permutari potest cum alio iure spiritali, veluti cum iure patronatus, vel cum decimarum collectione, vel cum hospitali, vel cum alio aliquo iure simili? vel cur præcisè beneficii cum beneficio requiritur permutatio? Quia clericis de titulo perpetuo seu sustentatione sui certa quod vixerint prouisum consultumque debet esse, seu quod idem est, clerici certis adscribi

251
Res corporalis cum incorporali permutatio, veluti fundi cum seruitute.

252
An res aliæ spiritalis diuersi generis, vel eiusdem possint inter se permutari.

253
Ratio visua cur beneficium nequeat permutari cum villo alio iure spiritali quæ cum solo beneficio.